



**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis  
Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Benedictio ignis Sabbatho S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

B E N E D I C T I O I G N I S  
in Sabbatho sancto, seu vigilia paschæ.

Ante Missam solennem cooperiuntur altaria, in collegiatis dicuntur horæ, postea sacerdos induitus albâ & pluviali violaceo, vel sine casula, cum cruce, aquâ benedictâ, incenso, ad locum ubi incensus est ignis de silice excusus, accedens legit septem psalmos poenitentiales eum Gloria Patri. & cum precibus & cum oratione, Pietate tuâ.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Psalmus 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo.

Converte Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes

208      **Benedictio ignis cum psalmis pœnit.**  
noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

**T**urbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

**D**iscedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

**E**xaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.

**E**rubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubescant valde velociter.

**Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.**

**Sicut erat in principio & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.**

**Psalmus 31.**

**B**EATI quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

**B**eatus vir cui non imputavit Dominus peccatum: neceſt in spiritu ejus dolus.

**Q**oniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem totâ die.

**Q**oniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

**Deli-**

**Benedictio ignis cum psalm. pœnit.** 209

**D**elicatum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi.

**D**ixi: confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

**P**ro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

**V**eruntamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

**T**u es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea; erue me à circumstantibus me.

**I**ntellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

**N**olite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

**I**n camo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

**M**ulta flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

**L**ætamini in Domino, & exultate justi: & gloriamini omnes recti corde.

**Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.**

**Sicut erat &c.**

D d

**Psal.**

**D**omine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

**Q**uoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

**N**on est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

**Q**uoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

**P**utruerunt , & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

**M**iserfactus sum, & curvatus sum usq; in finem: tota die contristatus ingrediebar.

**Q**uoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

**A**fflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

**D**omine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

**C**or meum conturbatum est , dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

**A**mici mei & proximi mei : adversum me appropinquaverunt & steterunt.

**E**t

Benedictio ignis cum psalm. pœnit. 211

**E**t qui juxta me erant de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

**E**t qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos totâ diè meditabantur.

**E**go autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

**E**t factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

**Q**uoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

**Q**uia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

**Q**uoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper

**Q**uoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

**I**nimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.

**Q**ui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

**N**e derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.

**I**ntende in adjutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

D d 2 Glo-

Benedictio ignis cum psalm. poenit.  
Gloria Patri & Filio : & Spiritui sancto.  
Sicut erat in principio.

Psalmus 50.

**M**iserere mei Deus : secundum magnam misericordiam tuam.

**E**t secundum multitudinem miserationum tuarum : dele iniquitatem meam.

**A**mplius lava me ab iniquitate mea : & à peccato meo munda me.

**Q**uoniam iniquitatem meam ego cognosco : & peccatum meum contra me est semper.

**T**ibi soli peccavi, & malum coram te feci : ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

**E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum : & in peccatis concepit me mater mea.

**E**cce enim veritatem dilexisti : incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

**A**sperges me hyssopo & mundabor : lavabis me, & super nivem dealbabor.

**A**uditui meo dabis gaudium, & lætitiam : & exultabunt ossa humiliata.

**A**verte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

**C**or mundum crea in me Deus : & Spiritum rectum innova in visceribus meis.

N

Benedictio ignis cum psalm. pœnit. 213

**N**e projicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

**R**edde mihi lætitiam salutaris tui : & spiritu principali confirma me.

**D**ocebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

**L**ibera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : & exultabit lingua mea justitiam tuam.

**Q**uoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

**S**

**B**enignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificantur muri Hierusalem.

**T**unc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

**G**loria Patri & Filio: & Spiritui sancto.

**Sicut erat &c.**

**Psalmus 101.**

**D**omine exaudi orationem meam : & clamor meus ad te veniat.

**N**on avertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

**I**n quacunque die invocavero te: velociter exaudi me.

**D d 3**

**Quia**

**Q**ui defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa  
mea sicut cremium aruerunt.

**P**ercussus sum ut foenum, & aruit cor meum:  
quia oblitus sum comedere panem meum.

**A**voce gemitus mei: adhæsit os meum carni  
meæ.

**S**imilis factus sum pelicano solitudinis: factus  
sum sicut nycticorax in domicilio.

**V**igilavi: & factus sum sicut passer solitarius  
in tecto.

**T**otâ die exprobabant mihi inimici mei: & qui  
laudabant me, adversum me jurabant.

**Q**ui cinerem tanquam panem manducabam:  
& potum meum cum fletu miscebam.

**A**facie iræ indignationis tuæ: quia elevans alli-  
sistì me.

**D**ies mei sicut umbra declinaverunt: & ego  
sicut foenum arui.

**T**u autem Domine in æternum permanes: &  
memoriale tuum, in generatione, & generatio-  
nem.

**T**u exurgens Domine misereberis Sion: quia  
tempus miserendie jesus, quia venit tempus.

**Q**uoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: &  
terræ ejus miserebuntur.

**E**t timebunt gentes nomen tuum Domine: &  
omnes reges terræ gloriam tuam.

**Q**ui

Benedictio ignis cum psalm. pœnit. 217.

**Q**uia ædificavit Dominus Sion: & videbitur  
in gloria sua.

**R**espexit orationem humilium: & non sprevit  
precem eorum.

**S**cribantur hæc in generatione altera: & popu-  
lus qui creabitur laudabit Dominum.

**Q**uia prospexit de excelso sancto suo: Domi-  
nus de cœlo in terram aspexit.

**U**t audiret gemitus compeditorum: & solveret  
filios interemptorum.

**U**t annuntient in Sion nomen Domini: & lau-  
dem ejus in Hierusalem.

**I**n conveniendo populos in unum: & reges, ut  
serviant Domino.

**R**espondit ei in via virtutis suæ: paucitatem di-  
erum meorum nuncia mihi.

**N**e revokes me in dimidio dierum meorum:  
in generationem & generationem anni tui.

**I**nitio tu Domine terram fundasti: & operama-  
num tuarum sunt cœli.

**I**psi peribunt tu autem permanes: & omnes  
sicut vestimentum veterascent.

**E**t sicut opertorium mutabis eos & mutabun-  
tur: tu autem idem ipse es, & anni tui non defici-  
ent.

Fili

**F**ili servorum tuorum habitabunt : & semen eorum in sæculum dirigetur.

**Gloria Patri & Filio: & Spiritui sancto.**

**Sicut erat &c.**

**Psalmus 129.**

**D**e profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi vocem meam.

**F**iant aures tuæ intendentæ in vocem deprecationis meæ.

**S**i iniquitates observaveris Domine : Domine quis sustinebit?

**Q**uia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te Domine.

**S**ustinuit anima mea in verbo ejus : speravit anima mea in Domino.

**A**c custodia matutina usque ad noctem : speret Israel in Domino.

**Q**uia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet Israel : ex omnibus iniquitatibus ejus.

**Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.**  
Sicut erat in principio.

**Psalmus 142.**

**D**omine exaudi orationem meam auribus percipe

**Benedictio ignis cum psalm. pœnit.** 217

cipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi  
me in tua justitia.

**E**t non intres in judicium cum servo tuo : quia  
non justificabitur in conspectu tuo omnis vi-  
vens.

**Q**uia persecutus est inimicus animam meam:  
humiliavit in terra vitam meam.

**C**ollocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi:  
& anxiatus est super me spiritus meus,in me turba-  
tum est cor meum.

**M**emor fui dierum antiquorum, meditatus sum  
in omnibus operibus tuis:& in factis manuum tua-  
rum meditabar.

**E**xpandi manus meas ad te : anima mea sicut  
terra sine aqua tibi.

**V**elociter exaudi me Domine : defecit spiritus  
meus.

**N**on avertas faciem tuam à me:& similis ero de-  
scendentibus in lacum.

**A**uditam fac mihi manè misericordiam tuam :  
quia in te speravi.

**N**otam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad  
televavi animam meam.

**E**ripe me de inimicis meis Domine,ad te con-  
fugi:doce me facere voluntatem tuam, quia Deus  
meus es tu.

**E e**

**Spi-**

218 **Benedictio ignis cum Litan. de om. SS.**

**S**piritus tuus bonus deducet me in terram re-  
ctam: propter nomen tuum Domine vivificabis  
me in æquitate tua.

**E**duges de tribulatione animam meam: in  
misericordia tua disperdes omnes inimicos  
meos.

**E**t perdes omnes, qui tribulant animam meam:  
quoniam ego servus tuus sum.

**Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.**

**Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in  
fæcula sæculorum. Amen.**

**Antiphona.**

**N**e reminiscaris Domine delicta nostra, vel pa-  
rentum nostrorum, neque vindictam sumas de  
peccatis nostris.

**LITANIAE.**

**K**yrie eleison.   **C**hriste eleison.

**K**yrie eleison.

**C**hriste audi nos.

**S**alvator mundi.

**S**ancta Maria.

**S**ancte Michaël.

**S**ancte Gabriel.

**S**ancte Raphaël.

**A**djuva nos.

**O**ra pro nobis.

**O**mnes

Benedictio ignis cum Litan. de om. SS. 219

- Omnis sancti Angeli & Archangeli.
- Omnis sancti Throni & Dominationes.
- Omnis sancti Principatus & Protestates.
- Omnis sanctæ Virtutes cœlorum.
- Omnis sancti Cherubim & Seraphim.
- Omnis sancti supernicives.
- Omnis sancti Patriarchæ & Prophetæ.
- Omnis sancti Apostoli & Evangelistæ.
- Omnis sancti Martyres & Confessores.
- Omnis sanctæ Virgines & Videlæ.
- Propitius esto.
- Propitius esto.
- Ab hostemalo.
- A morbo malo.
- A peste & clade.
- A subitanea & improvisa morte.
- A morte perpetua.
- A insidiis Diaboli.
- Orate pro nobis.
- Parce nobis Dom.
- Exaudi nos Dom.
- Libera nos Dom.

E e 2

Ab

220 Benedictio ignis cum Litan. de om. SS.

**A**b omni tentatione diabolica.

**A**b ira tua.

**A**b omni malo.

**P**er Adventum tuum.

**P**er Nativitatem tuam.

**P**er Crucem & Passionem tuā.

**P**er Resurrectionem, & Ascensionem tuam.

**P**er Adventum Spiritū sancti Paracliti.

**I**n die Judicii.

**P**eccatores.

**U**t pacem nobis dones.

**U**tsanitatem nobis dones.

**U**t fructus terræ dare & conser-  
vare digneris.

**U**taëris temperiem nobis bo-  
nam dones.

**U**t dominum Apostolicum in  
sancta religione conservare  
digneris.

**U**t Pontificem nostrum in san-  
cta religione conservare di-  
gneris.

**U**t Regem nostrum & exercitū  
ejus conservare digneris.

**L**ibera nos Dom.

**T**e rogamus audi nos.

**T**e rogamus audi  
nos.

**U**t omnem gradum ecclesiasticum in sancta religione conservare digneris.

**U**t cunctum populum Christi-anum pretioso sanguine tuo redemptum conservare, & pacificare digneris.

In benedictionibus ignis, aut fontis baptismalis hic inseritur:

**U**t ignem (fontem) istum bene **H** dicere & consecra **H** re digneris.

**U**t gratiam sancti Spiritus cordibus nostris infundere digneris.

**U**t fidem, spem, & charitatem nobis concedere digneris.

**U**tanimabus omnium fidelium defunctorum propitiari digneris.

**U**t nos exaudire digneris.

Fili Dei.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi. **P**arce nobis Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi. **E**xaudi nos Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi. **M**iserere nobis Domine.

**E**c,

**Christe**

222 Benedictio ignis cum Litan. de om. SS.

**C**hriste audi nos. **C**hriste exaudi nos.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

**P**ater noster. **E**t nenos inducas intentionem.

**R.** Sed libera nos à malo.

Preces majores.

**V.** Oremus pro omni gradu Ecclesiæ.

**R.** Sacerdotes tui induantur justitiâ , & sancti tui exultent.

**V.** Pro Papa nostro **N.**

**R.** Dominus noster salvum illum , atque incolumen custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum Dei.

**V.** Pro rege nostro **N.**

**R.** Domine salvum fac regem, & exaudinos in die qua invocaverimus te.

**V.** Pro antistite nostro **N.**

**R.** Dominus conservet eum, & vivificet eum & beatum faciat eum in terra , & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

**V.** Pro cuncto populo Catholico.

**R.** Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

**V.** Pro pace, & unitate Ecclesiæ.

**R.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

\* Pro

- V. Pro iter agentibus.  
R. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.  
V. Pro pœnitentibus.  
R. Converttere Domine usquequo, & deprecabilis esto super servos tuos.  
V. Pro discordantibus.  
R. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat, & confirmet corda, & corpora eorum in pace.  
V. Pro adversantibus, & calumniantibus nos.  
R. Domine Iesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt.  
V. Pro omnibus nobis bona facientibus.  
R. Retributor omnium bonorum Deus, retribuere dignare omnibus nobis bona facientibus, propter nomen sanctum tuum, vitam æternam.  
V. Pro infirmis & captivis.  
R. Emitte eis verbum tuum, & sana eos de interitu eorum.  
V. Pro fidelibus defunctis.  
R. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.  
V. Requiescant in pace.  
R. Amen.  
V. Pro fratribus, & sororibus nostris.

R. Sal.

224 **Benedictio ignis cum Litan. de om. SS.**

- R.** Salvos fac servos tuos, & ancillas tuas Deus meus  
sperantes in te.
- V.** Pro nobis met ipsiſis.
- R.** Fiat misericordia tua Domine super nos, quem-  
admodum speravimus in te.
- V.** Pro peccatis & negligentiis nostris.
- R.** Domine ne memineris iniquitatum nostra-  
rum antiquarum, citò anticipent nos mis-  
ericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus ni-  
mis.
- V.** Adjuva nos Deus salutaris noster.
- R.** Et propter gloriam nominis tui Domine libe-  
ra nos, & propitius esto peccatis nostris propter  
nomen sanctum tuum.
- V.** Domine non secundùm peccata nostra facias  
nobis.
- R.** Neque secundùm iniquitates nostras retribuas  
nobis.
- V.** Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.
- R.** Et de Sion tuere nos.
- V.** Esto nobis Domine turris fortitudinis.
- R.** A facie inimici.
- V.** Domine exaudi orationem meam.
- R.** Et clamor meus ad te veniat.
- V.** Dominus vobiscum.
- R.** Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

## Oremus.

Pietate tuâ quæsumus, Domine, nostrorum  
 solve vincula peccatorum, & intercedente beata  
 Virgine Maria cum omnibus Sanctis : Dom-  
 num Apostolicum, & omnem Ordinem Ecclesia-  
 sticum, Regem & Pontificem nostrum : omnes-  
 que congregations illis commissas, & nos famu-  
 los tuos, atque locum nostrum in omni sanctitate,  
 & religione custodi : omnesque affinitate vel  
 familiaritate nobis junctos, seu omnes Christianos  
 à vitiis purga, virtutibus illustra, pacem  
 & salutem nobis tribue, hostes visibles & in-  
 visibles remove, carnalia desideria repelle,  
 aëris temperiem indulge, fruges terræ concede,  
 amicis & inimicis nostris ac nobis veram chari-  
 tam largire ; Et omnibus Christianis vivis  
 & defunctis, in terra viventium vitam & re-  
 quiem sempiternam concede. Per Dominum  
 nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui te-  
 cum vivit & regnat in unitate Spiritus  
 sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

V. In pace factus est locus ejus.

R. Et in Sion habitatio ejus.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

F f

Ore-

## Oremus.

**D**eus, qui Filium tuum, angularem scilicet lapidem claritatis tuæ ignem fidelibus contulisti: productum ex silice, nostris profuturum usibus, novum hunc ignem sancti **X**ifica, & concede nobis: ita per hæc festa paschalia cœlestibus desideriis inflammari: ut puris mentibus, ad perpetuæ claritatis festa pertingere valeamus. Per eundem Dominum.

**D**omine Deus Pater omnipotens lumen indeficiens, qui es conditor omnium luminum: bene. **X**dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictum est, qui illuminasti omnem mundum: ut ab eo lumine accendamur, & illuminemur igne claritatis tuæ: & sicut igne tuo illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto: ita illumines corda & sensus nostros: ut ad vitam & lucem æternam pervenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

**D**einde benedit quinque grana incensi ponenda in circulo, cantans absolute hanc orationem.


**V**eniat, quæsumus omnipotens Deus, super hoc incensum larga tuæ bene **X** dictio-  
nis infusio: & hunc nocturnum splen-  
dorem

dorem invisibilis regenerator accende: ut non solū sacrificium, quod hāc nocte litatum est, arcanā luminis tui admixtione refulgeat; sed in quocunque loco ex hujus sanctificationis inysterio aliquid fuerit deportatum, expulsā diabolicā fraudis nequitiā, virtus tuā majestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Dum benedicuntur grana incensi, acolythus sumit de carbonibus ignis benedicti, ponit in thuribulo: & finitā oratione supradictā sacerdos de navicula ponit incensum in thuribulo benedicens illud more solito: deinde prædicta grana incensi, & ignem ter aspergit aquā benedictā: interim extinguuntur omnia luminaria Ecclesiae, ut de igne benedicto postmodum accendantur. Et cantatur à Choralibus:




Inventor rutili dux bone luminis, qui certis vici-  
bus tempora dividis. Merso sole chaos ingruit



horridum lumen reddet uis Christe fide li bus.

Repetitur à Choro:





Inventor &c.

Ff 2

Chorales


Chorales pro-  
sequuntur.

 Quamvis in numero sidere regiam,



lunarique polum  
lampade pinxeris, incussum silicis lumina, nos tamen  
monstras laxigeno semine querere.

Chorus repetit:



 Merso sole &c.

Chorales: Ne nesciret homo spem sibi luminis, in  
Christi solido corpore conditam, qui dici stabilem  
se voluit petram, nostris igniculis unde genus  
venit.

Repetitur: Inventor rutili &c.

Pinguis quos olei rore madentibus, lichnis aut  
facibus pascimus aridis, quin & fila favis scirpea  
floreis, presso melle prius collita fingimus. (Mer-  
so &c.)

Vivax flamma viget, seu cava testula succum  
linteolo suggerit ebrio, seu pinus piceam fert ali-  
moniam, seu ceraterem stuppa calcis babit. (In-  
ventor &c.)

Splendeat ergo tuis muneribus pater, flammis  
mobilibus scilicet atria, absentemque diem lux agit  
æmula,

æmula, quam nox cum lacero victa fugit peplo.  
(Merfo &c.)

Pendent mobilibus lumina funibus, quæ subfixa micant per laquearia, & de languidulis fota natibus, lucem perspicuo flamma jacit vitro. (Inventor &c.)

Ores digna Deus, quam tibi, roscidæ noctis principio, grex tuus offerat lucem, qua tribuis nil pretiosius, lucem, quâ reliqua præmia cernimus.  
(Merfo &c.)


Vera es lux oculis, lux quoque sensibus, intus tu speculum, tu speculum foris: lumen quod famulans offero suscipe, tintum pacifici chrismatis unguine. (Inventor &c.)

Per Christum genitum, summe Patertuum, in quo visibilis stat tibi gloria, qui noster Dominus, qui tuus unicus, spirat de patrio corde Paraclitum.

Deinde statim itur ad benedicendum cereum.

## BENEDICTIO CEREI PASCHALIS. ¶

Eam cantat Diaconus ut sequitur.



Exultet jam angelica turba cœlorum, exultent



divina mysteria, & protanti regis victoria tuba

F f 3 in so-